



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

14. De adventu Magorum in Bethlehem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

10 *VITA CHRISTI*

Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. *Matth. 2. v. 3. & 4.*

III. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. *Matthæi 2. v. 5. & 6.*

MEDITATIO XIV.

De adventu Magorum in Bethlehem.

I. **T**Vnc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ire, & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. *Matth. 2. Vers. 7. & 8.*

II. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. *Matth. 2. Vers. 9. & 10.*

III. Et intrantes domum, invenerunt
puer.

puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum : & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. *Matth. 2. & 11.*

I V. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem ; per aliam viam reversi sunt in regionem suam. *Matth. 2. & 12.*

MEDITATIO XV.

Christus in templo presentatur.

I. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis **MARIÆ** secundum legem Moyfi, tulerunt illum in Ierusalem, ut sifterent eum Domino : *Luc. 2. & 22.*

II. (Sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.) *Luc. 2. & 23.*

III. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū, aut duos pullos columbarum. *Luc. 2. & 24.*

MEDITATIO XVI.

Simeon excitus Spiritu Sancto venit in templum.

I. **E**T ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus,